

Universitätsbibliothek Wuppertal

M. Tvllii Ciceronis Opera Omnia

Cicero, Marcus Tullius

Basileæ, MDCLXXXII

Pro M. Coelio

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

M. C O E L I O.
ORATIO TRICESIMA. QUARTA.
SYNOPSIS.

Quaestio. An Coelius à Cloelia aurum mutuo sumptis, & ne id reddere cogatur, eidem vengum paraverit. Accusatores, Atratinus, Herennius, Balbus. Reus, Coelius. Patroni, Cicero & M. Crassus. Praetor, Cn. Domitius. Acta anno urbi 697.



Siquis iudices, forte nunc adit, ignarus legum, iudiciorum, consuetudinis nostrae: miretur profecto, quae sit tanta atrocitas huiuscausae, quod diebus festis, iudisque publicis, omnibus negotiis forensibus intermissis, unum hoc iudicium exerceatur, nec dubitet, quin tanti facinoris reus arguatur, ut, eo neglecto, civitas stare non possit. Idem cum audiat esse legem, quae de seditionis, confederatisque civibus, qui armati senatum oblederint, magistratibus vim attulerint, temp. oppugnarint, quotidie quaeri jubet: legem non improbet: crimen, quod versetur in iudicio, requirat: cum audiat, nullum facinus, nullam audaciam, nullam vim in iudicium vocari: sed adolescentem illustri ingenio, industria, gratia, accusari ab ejus filio, quem ipse in iudicium & vocet, & vocari: 1 oppugnari autem hunc opibus meretricium. 2 Atratinus illius pietatem non reprehendat, muliebrem libidinem comprimendam putet, vos laboriosos existimet, quibus otiosus ne in communi quidem otio liceat esse. Etenim, si attendere diligenter, existimare de omni hac causa volueritis; sic constitutis iudices, nec descensurum quemquam ad hanc accusationem fuisse, cui, utrum vellet, liceret: nec, cum descendisset, quidquam habiturum spei fuisse, nisi alicujus intolerabili libidine, & nimis acerbo odio niteretur. sed ego Atratinus, humanissimus, atque optimo adolescenti meo, necessarius, ignosco, qui habet excusationem vel pietatis, vel necessitatis, vel avaritiae. si voluit accusari pietatis tribuo, si iustus est: necessitati. si speravit aliquid: pueritiae. ceteris non modo nihil ignoscendum, sed etiam acriter est resistendum. Ac mihi quidem videtur, iudices, hic introitus defensionis, adolescentiae M. Coelii maxime convenire, ut ad ea, quae accusatores, deformati huius causae, detrahendae, spoliandaeque dignitatis gratia, dixerunt, primum respondeam. Objectus est pater variè, quod aut parum splendidus ipse, aut parum pietractus à filio dicetur. De dignitate, Coelius notis, ac majoribus natus, etiam sine mea oratione, tacitus, facile ipse respondet. quibus autem, propter senectutem, quod jam diu minus in foro nobiscum versatur, non aequè est cognitus: hi sic habeant: hunc cumque in equite Romano dignitas esse possit, quae certe potest esse maxima, eam semper in M. Coelio habitam esse summam, hodieque haberi, non solum à suis,

sed etiam ab omnibus, quibus potuerit aliqua de causa esse notus. Equitis autem Rom. esse filium, criminis loco poni ab accusatoribus, neque his iudicantibus oportuit, neque defendentibus nobis. Nam, quod de pietate dixistis, est quidem ista nostra existimatio, sed iudicium certe parentis, quid nos opinemur, auditis ex juratis quid patres sentiant. lacrymae matris, incredibilisq; moeror, squalor patris, & haec praesens moestitia, quae cernitis, iustusq; declarat. Nam quod est obiectum, municipibus esse adolescentem non probatum fuit; nemini unquam praesenti Puteolani majores honores habuerunt, quam absentem M. Coelio: quem & absentem in amplissimum ordinem cooptarunt, & ea non petenti detulerunt; quae multis petentibus denegarunt: iudicij, nunc le. tissimos viros, & nostri ordinis, & equites Rom. cum legatione ad hoc iudicium, & cum gravissima, atq; ornatissima laudatione miserunt. Videor mihi jectis fundamenta defensionis meae, quae firmissima sunt, si nitatur iudicio fore. nec enim vobis satis commendata huius aetas esse possit, si non modo parenti, tali viro, verum etiam municipio iam illustri, ac tam gravi displiceret. Equidem, ut ad me revertar, ab his fontibus profluxi ad hominum famam: & meus hic fuit. sis labor, vitaeq; ratio dimanavit ad existimationem hominum paulò latius commendatione ac iudicio meorum. Nam, quod obiectum est de pudicitia, quodq; omnium accusatorum non criminibus, sed vocibus, maledictisq; celebratum est, id nunquam tam acerbe ferret M. Coelius, ut eum periret, ac non deformem esse natum. sunt etenim ista maledicta pervulgata in omnes, quorum in adolescentia forma & species fuit liberalis. Sed aliud est maledicere, aliud accusare. accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet, maledictio autem nihil habet propositi, praeter contumeliam: quae si perulantius jactatur, convicium: si facitius, sobanitas nominatur. quam quidem partem accusationis admiratus sum, & molle tui potissimum esse Atratinus etiam neque enim decebat, neque aetas illa postulabat, neque id quod animam dvertere poterat, pudor patiebatur opprimi adolescentis, in tali illum oratione versari. Vellem aliquis ex vobis robustioribus hunc maledicendi locum suscepisset. aliquanto libetius, & fortius, magis more nostro refutaremus istam maledicendi licentiam. Tecum, Atratinus, agam levius, quod & pudor tuus moderat orationi meae: & meum erga te, parentem, quae tuum beneficium tueri debeo. Illud tamen te esse ad-

1. Oppugnari autem hunc opibus meretricium. Pall. meliores, oppugnari hanc opibus mer. deteriores habent quidem autem, sed in nullo extat hunc, ejusque loco habet editio vetustior.
2. Atratinus illius. Sic omnes quidem libri, sed Muretus ad i. Caecil. delectillud Atratinus in unquam irreptitum.
3. Attendere diligenter, existimare de omni. Recepti scripturam Pal. sec. cui omnino accedit ceteris in quibus, existimare vero, quomodo & 6. Vult exemplar & voluitus cusi. recentiores finxerit, existimare vero de. quod quam non agno verint, veteres inde liquet, quod ad marginem S. Vult videatur. are. dilig. atque existimare.
4. Non aequè est cognitus. Apparet Lambinum paucos in se posse in l. cum aliter istud aequè sit abesse. equidem non comparat in Pal. tertio; sed vultur tamen in ceteris omnibus, pr. sec. quart. o. t. n. o. m. o. item in o. im. edit.

5. Nemini unquam praesenti Puteolani. Puteol. n. o. est Tul. nostri certe editiones tres de i. p. i. c. praesentem Praetorianam, neque aliter plerique scripti nostri; inter quos terr. quintus & octavus habent. praesentem Praetorianam quod mihi non omnino absurdum. sed cum S. Vult. habet ad opam s. libas praesentem aut videtur fuisse praetorianam. Praetorianam sane religionem clarum inter Italicas notam culibet, vel ex Plinii lib. 11. Nat. Hist. cap. 13. & 14.
6. Et meus hic forsitan liber. Pal. nonus & Turingicus liber, & em. h. v. i. x. est ut non sit melius vulgato.
7. Reminiscit autem. Hoc omnia Disputationum iuris civilis como. remendat, nomen ut notet: meo iudicio parum venuste, & tamen P. Manutius publicavit, nomen ut notet, praeter libros profecto.
8. Si perulantius jactatur. Muretus lib. 11. Nat. Hist. cap. 10. conicit jactatur. quae altera ferri aequè nequea.
I. Primum

monitum volo: 1 primum **QUALIS ES**. Talem te esse
 EXISTIMES, quantum a rerum turpitudine abes, tantum
 te a verborum libertate sejungas: deinde, ut ea in alterum ne
 dicas, quæ cum tibi falso responsa sint, *erubescas*. Quis est e-
 nim, cui via ista non pateat? qui 2 isti ætati atq; etiam digni-
 tati, non possit quam velit petulantè, etiam si sine ulla sus-
 pitione, aut non sine argumento, maledicere? Sed istarum
 partium culpa est eorum, qui te agere voluerunt: laus pudor-
 is tui, quod ea te invitum dicere videbamus: ingenii, quod
 ornate politeq; dixisti. Verum ad istam omnem orationem
 brevis est defensio, nam quod ætas M. Coelii dare potuit isti
 suspitioni locum, fuit primum ipsius pudore, deinde etiam
 patris diligentiæ, disciplinaq; *munia*: qui ut huic virilem vos-
 gam dedit, 3 nihil hoc loco de me tantum sit, quantum vos
 existimatis) hoc dicam, hunc à patre continuo ad me esse
 deductum, nemo hunc M. Coelium in illo ætatis flore vidit,
 nisi aut cum patre, aut mecum, aut in M. Crassi castissima
 domo, cum a artibus honestissimis erudiretur. Nam quod
 Catilinæ familiaris objecta Coelio est, longe ab ista suspi-
 cione abhorrete debet. Hoc enim adolescenti scitis consu-
 latum mecum petisse Catilinam, ad quem si accessit, aut si
 à me discessit umquam, quanquam multi boni adolescen-
 tes illi homini nequam atq; improbo studuerunt: tum exi-
 stinetur Coelius Catilinæ nimium familiaris fuisse. At e-
 nim postea scimus, & vidimus esse hunc in illius amicis.
 Quis negat? sed ego illud tempus ætatis, quod ipsum *sua spon-
 te* infimum aliorum libidine infectum est, id hoc loco de-
 fendo, fuit assiduus mecum, prator me: non noverat Cati-
 linam. Africam tum prætor ille obtinebat, secutus est ænus,
 causam de pecuniis repetundis Catilina dixit, mecum hic:
 illi ne advocatus quidem venit umquam, deinceps fuit an-
 nus, quo ego consulatum petivi, petebat Catilina mecum,
 nunquam ad illum accessit: à me nunquam recessit. Tot igi-
 tur annos versatus in foro sine suspitione, sine infamia,
 studuit Catilinæ iterum petenti Quem ergo ad finem putas
 custodiendam illam ætatem fuisse? Nobis quidem olim an-
 nus erat unus ad cohibendum brachium *regis*, constitutus: &
 ut exercitatione, ludoq; 4 campetris tunicati uteremur, ea-
 demq; erat, si statim meteri stipendia ceperamus, castrensium
 ratio, ac militaris qua in ætate nisi qui le ipse sua gravitate,
 & castimonia, & cum disciplina domestica, tum etiam *natura-
 li* quodam bene defenderat; quoquo modo à suis custoditus
 esset, tamen intiamiam veram effugere non poterat. 5 Sed
 qui prima illa imperia ætatis, integra atq; in violata præsti-
 tisset: de ejus fama, ac pudicitia cum iam le corrobora vis-
 set, ac vir inter viros esset, nemo loquebatur. Siquid Catili-
 næ, cum jam aliquot annos esset in foro, Coelius. & multi
 hoc *idem* ex omni ordine atq; ex omni ætate fecerunt. ha-
 buit enim ille, sicuti meminisse vos arbitror, per multa ma-
 ximarum non expressa signa, sed adumbrata virtutum, ute-
 batur nominibus improbis multis: & quidem optimis le
 viris decium esse simulabat, erant apud illum illecebræ li-
 bidinum multe. erant etiam industria quidam stimuli, ac
 laboris flagrant vitia libidinis apud illum, vigeabant etiam
 stidia rei militaris, neque ego umquam fuisse tale *men-
 strum* in textis ullaum puto, tam ex contrariis diversisq; inter
 se pugnantibus naturæ studiis, cupiditatibusq; constatum.

Quis clarioribus viris quodam tempore jucundior? quis
 turpioribus conjunctior? quis civis meliorum partium ali-
 quando? quis tærior hostis huic civitati? quis in volupta-
 tibus inquinatio? quis in laboribus patientior? quis in rapa-
 citate avarior? quis in largitione effusior? Illa vero, judi-
 ces, in illo homine mirabilia fuerunt comprehendere mul-
 tos *amicitia*, tueri obsequio, cum omnibus communicare
 quod habebat, servire temporibus suorum omnium pecu-
 nia, gratia, labore corporis, scelere etiam, si opus esset, & auda-
 cia: vertere suam naturam, & regere ad tempus, atq; huc,
 & illuc torquere, & 6 *flexere*: cum tristibus severe, cum re-
 missis jucunde, cum senibus graviter, cum juvenute comiter,
 cum facinorosis audaciter, cum libidinosi luxuriose
 vivere. Hac ille tam varia, multipliciq; natura, eum omneis
 omnibus ex terris homines improbos, audacesq; collegerat:
 tum etiam multos fortis viros, & bonos *specie quadam
 virtutum* assimilata tenebat, neq; umquam ex illo delendi lu-
 jus impetii tam conceleratus impetue exiisset, nisi tot
 vitiorum tanta immanitas quibusdam facilitatis, & pati-
 entia radicibus niteretur. Quare ista conditio, iudices, re-
 spuatur, nec Catilinæ familiaritatis crimen hæreat, est enim
 commune cum multis, & cum quibusdam etiam bonis. Me
 ipsum, me, inquam, quondam panè ille decepit, cum & civi-
 vis mihi bonus, & optimi cujusque cupidus, & firmus ami-
 cus, ac fidelis videretur, cujus ego facinora oculis prius,
 quam opinione, manibus antè, quam suspitione, deprehen-
 di, cujus in magnis catervis amicorum, si fuit etiam Coelius,
 magis est, ut ipse molestè ferat errasse se, sicuti nonnun-
 quam in eodem homine me quoque erroris mei pœnitent,
 quam ut istius *amicitie* crimen reformidet. Itaq; à maledictis
 pudicitia ad conjurationis invidiam oratio est vestra dela-
 pta, posuisti enim, atq; id tamen turbanter, & strictim, con-
 jurationis hunc, propter amicitiam Catilinæ, participem
 fuisse 8 in quo non modo crimen non hæreat, sed vix di-
 ferti adolescentis coharebat oratio. Qui enim tantus furor
 in Coelio? quod tantum aut in *moribus, natura, & vultu*, aut in
 re, atq; fortuna? ubi denique est in ista suspitione Coelii no-
 men auditum? Nimum multa de re minime dubia loquor:
 hoc tamen dico, non modo si socius conjurationis, sed nisi
 inimicissimus istius sceleris fuisset, numquam conjuratio-
 nis accusatione adolescentiam suam perisimum commen-
 dare voluisset: quod, hæud scio, an de ambitu, & de crimini-
 bus istis sodalium, ac sequestrum (quoniam huic incidit) si-
 militer respondendum patet, numquam enim tam Coelius
 amens fuisset, ut, si se illo infinito ambitu commaculasset,
 ambitus alterum *necessaret*, neq; ejus facti in altero suspicio-
 nem quæreret, cujus ipse sibi perpetuam licentiam optaret;
 nec, si sibi semel periculum ambitus subeundum putaret, ip-
 se alterum iterum ambitus crimine arcesceret. quod
 quamquam nec sapienter, & me invito facit; tamen est e-
 jusmodi cupidinis, ut magis in scitari alterius innocentiam,
 quam de se timide cogitare videatur. Nam quod *as* ali-
 enim objectum est, sumtus reprehensi, tabulae flagitæ:
 videte, quam pauca respondeam. Tabulas, qui in *potest*
 potestate est, nullas conficit, verisuram numquam omnino
 fecit ullam. Sumtus unius generis objectus est, habitatio-
 nis triginta millibus dixisti cum habitare. Nunc demum
 9 intelligo

1. *Personam, qualis es, scilicet esse existimes.* Lambinos locum istone
 fædè collatula vitæ prætexto msi suorum. ac vulgata hæc, asserit restat
 in Pal. octavo & Gruteriano, neque abest prætextus, q. int. ut nec om-
 nis editio venustate rancidior, n si quod omittantur illud esse, in nullo
 autem nostrorum extat illud Lambinianum ut pal. primam, nisi in S.
 Victoris, sed à manu secunda. In vero ejus, on nec ad usum respouit.
 2. *Isti ætati atq; etiam dignitati.* Non est quod ista speramus ab A-
 græcio rellant in primis ed. præque se ferant Pall. plures, item Grut.
 3. *Nihil hoc loco de me.* Vocabulum *aliam*, esse à libris scerere non
 esse in Pal. nono aut fec. aut Grut. oculus sum tellis, idcoque abjecti,
 belle que repetit ex mox sequentibus.
 4. *Campetris tunicati.* Pal nonus & Euford. *campetris tunicati*, restat tamen
 alterum in ceteris, nisi quod Grut. libet. *tunica*; quod & in editione
 principe.
 5. *Sed qui prima illa imperia ætatis.* Malui istud cum Pall. fec. qm a-

cederet item nonus, in quo *illa imperia*; quam retro vulgatum; *illa in-
 stia* *Palus* *Grut.* haud inficior tamen in Pal. tert. ac Gruteriano esse tan-
 tum, *illa ætati* sine voce media.

6. *Flexere & regere.* Pal. ille nonus, *torquere*, *assigere*, dispiciant o-
 tiosiores neque enim temerarium est.

7. *Tam consulerat impetui.* Ita Pal. nostri item Gemblac. S. Vi. q.
 vulgata, *seletratur*.

8. *In quo non modo crimen non hæreat.* Assererat Lambinus libros ve-
 teres omnes habere non *suberat*, ac ego contra testor nullum è Palari-
 nis illud firmare præterquam tertium. & tantum abest ut ita legi de-
 heat, ut palam sitet pro altera scriptura Tullius pro Com. odo cap. 6.
post hoc hinc in hinc hæret peccat *videtur* heic infra cap. 23. non *peccat* *ne
 crimen hæret*.

9. *Tamen isti ejusmodi cupidinis.* Prius erat *cupidus*, suppositus alterum è
 Gemblacensibus cum nihil juyarent Pall.

intelligo, P. Clodii insulam esse venalem, cuius hic in
 ædificiis habiter, decem, ut opinor, millibus: vos autem,
 dum illi placere vultis, ad tempus ei mendacium vestrum
 accommodavistis. Reprehendistis, à parte quòd *semigravit*,
 quod quidem jam in hac ætate minime reprehendendum
 est. qui cum & ex reipub. causa, esset mihi quidem mole-
 stam, sibi tamen gloriosam, victoriam consecutus, & per
 ætatem magistratus petere posset, non modò permittente
 patre, sed etiam suadente, ab eo semigravit: & cum do-
 mus patris à foro longè abesset, quo facilius & nostras do-
 mus obire, & ipse à suis coli posset, conduxit in palatio,
 non magno, domum. Quo loco possùm dicere id, quod
 clarissimus, M. Crassus, cum de adventu regis Ptolemæi
 quereretur paulo antè dixit, „*Vitam ne in nemore Pe-
 lio*... ac longius quidem mihi contexere hoc carmen, lice-
 ret. „*Nam nunquam hera errans hanc molestiam nobis
 exhiberet*, „*Medea animo agra, amore sævo saucia*, --
 Sic enim, iudices, repetietis, quod, cum ad id loci vene-
 ro, ostendam, hanc Palatinam Medeam, migrationemque
 huic adolescenti causam sive malorum omnium, sive po-
 tius sermonum fuisse. Quamobrem illa, quæ ex accusato-
 rum oratione præmuniri jam, & fingi intelligebam, fretus
 vestra prudentia, iudices, non pertimesco. Ajebaat enim
 fore restem senatorem, qui se pontificis comitiis *pulsatum*
 à Cœlio diceret. à quo queram, si prodierit: primum cur
 statim nihil egerit: deinde, si id queri, quàm agere malue-
 rit, cur productus à vobis potius, quàm ipse per se: cur
 tanto potius, quàm continuo, queri maluerit. Si mihi
 ad hæc acutè, arguteque responderit: tum queram deni-
 que, ex quo iste fonte emanet. nam si ipse orietur,
 & nascetur ex sese: fortasse, ut soleo, commovebor, si
 autem, ut rivulus, arcessitus, & ductus ab ipso capite ac-
 cusationis vestra: labor, cum tanta gratia, tantisque
 opibus accusatio vestra nitatur, unum senatorem solum
 esse, qui vobis gratificari vellet, inventum. Nec tamen il-
 lud genus alterius nocturnorum testium pertimesco. est
 enim dictum ab illis, fore qui dicerent, uxores suas à cena
 reduntis, *attractatus* esse à Cœlio. Graves erunt homi-
 nes, qui hoc jurati dicere audebunt: cum sit his confren-
 dum, numquam se, ne congressu quidem, & constituto
 cœpisse de tantis injuriis experiri. Sed totum genus oppu-
 gnationis hujus, iudices, & jam prospicitis animis, &
 cum inferetur, propullare debebitis. non enim ab iisdem
 accusatur M. Cœlius, à quibus oppugnatur. palam in eum
 tela jaciuntur, *clam subministrantur*. Neque id ego dico, ut
 invidiosum sit in eos, quibus gloriosum hoc etiam esse de-
 bet. funguntur officio: defendunt suos, faciunt quod viri
 fortissimi solent. lasi dolent, irati efferrunt, pugnant lae-
 cessiti, sed vestra sapientiæ tamen est, iudices, non, si
 causa iusta est viris fortibus oppugnandi M. Cœlium, ideo
 vobis quoque vos causam putare iustam alieno dolori
 potius, quàm vestra fidei consulendi. Quæ sit multitudo
 in foro, quæ genera, quæ studia, quæ varietas hominum,
 videtis, ex hac copia quam multos esse arbitramini, qui
 hominibus potentibus, gratiosis, dilectis, cum aliquid
 eos velle arbitrentur, *ultra se offerre* soleant, operam nava-
 re, testimonium polliceri? Hoc ex genere si qui se in hoc
 iudicium forte projecterint: excludite eorum cupidita-

tem, iudices, sapientia vestra: ut eodem tempore & hujus
 saluti, & religioni vestra, & contra periculosissimas homi-
 num potentias conditioni omnium civium providisse vi-
 deamini. Equidem vos abdicam à testibus: neque vobis
 iudicii veritatem, quæ mutari nullo modo potest, in volun-
 tate testium collocari sinam: quæ facillimè fingi, nullo
 negotio flecti, ac detorqueri potest. argumentis agemus: si-
 gnis omni luce clarioribus crimina refellemus, res cum re,
 causa cum causa, ratio non ratione pugnabit. Itaque illam
 partem causæ facitè patior graviter, & ornate à M. Crasso
 esse peroratam, de seditionibus Neapolitanis, de Alexan-
 drinorum pulsatione Puteolana, de bonis Fallæ. Vellem
 dictum esset ab eodem etiam de Dione. de quo ipso tamen
 quid est, quod expectetis; quod is, qui fecit, aut non timet,
 aut etiam fateatur? est enim reus, qui hujus dictus
 est & adjutor fuisse, & conficius. P. Ascitius, is iudicio est
 liberatus. Quod igitur est hujusmodi crimen ut, qui com-
 misit, non neget: qui negavit, absolutus sit: id hic perti-
 mescat, qui non modò à facto, verum etiam à *conficta*
 suspitione abfuit? & si Ascitio causam profuit, quam
 nocuit invidia, huic oberit tuum maledictum, qui istius
 facti non modò suspicione, sed ne infamia quidem est ad-
 speratus? Ad prævaricationem est Ascitius liberatus. Perfacile
 est isti loco respondere, mihi præsertim, à quo illa causa
 defensa est. Sed Cœlius optatam causam Ascitii esse arbi-
 tratur: cuiusmodi autem sit, à sua putat esse *separatam*:
 neque solum Cœlius, sed etiam adolescentes humanissi-
 mi, & doctissimi, rectissimi studiis, atque optimis artibus
 præditi, Titus, Cajusque Coponius: qui ex omnibus maxi-
 mè Dionis mortem doluerunt: qui cum doctrina studio,
 atque humanitatis, tum etiam hospitio Dionis tenebantur.
 Habitabat is apud L. Lucejum, ut audistis. fuerat ei co-
 gnatus Alexandrius. Quid aut hic, au tummo splendore
 præditus, frater ejus, de M. Cœlio existimet, ex ipsis, si
 producti erunt, audietis. Ergò hæc veniantur, ut ali-
 quando, in quibus causa nititur, ad ea veniamus. Anim-
 adverti enim, iudices, audiri à vobis meum familiarem,
 L. Heuennium perattente. in quo etiam magna ex parte in-
 genio ejus, & dicendi genere quodam tenebamini: tamen
 nonnumquam verebar, ne illa subtiliter ad criminandum
 inducra oratio, 7 ad animos vestros sensim, ac leniter ac-
 cideret. dixit enim multa de luxuria, multa de libidine,
 multa de vitiiis juventutis, multa de moribus, & qui in
 reliqua vita mitis esset, & in hac suavitate humanitatis,
 qua prope jam delectantur homines, versari pericundè
 soleret, fuit in hac causa pertiuitis quidam *parvus censor*,
magister, objurgavit M. Cœlium, sicut neminem umquam
 parens, multa de incontinentia, intemperantiæque disse-
 ruit. Quid queritis, iudices? ignoscebam vobis attentè
 audientibus, propterea quòd egomet tam trisse illud, &
 tam asperum genus orationis horrebam. Ac prima pars fuit
 illa, quæ me minus movebat, fuisse meo necessàrio Bestiæ
 Cœlium familiarem: cenasse apud eum, ventisasse domum,
 studuisse præturæ. Non me hæc movent, quæ perspicuè
 falsa sunt. etenim eos una cenasse dicit, qui aut abunt,
 aut quibus necesse est idem dicere. Neque verò illud me
 commovet, quòd sibi in *Lupercis* sodalem esse Cœlium di-
 xit. Fera quædam sodalitas, & planè pastoritia, atque
 agrestis

1. In ædificiis habitet.) Placuit Gulielmo habet, quod alicubi legitur, antiquè præhabuit.
 2. Sin autem est rivalis, arcessitus, &c.) Ita Pall. nostri & S. Victoris, non ut hodie consuevit, nam antiquior editio, ex rivalis. Ceterum indicavit Turnebus lib. xxvii. Advers. cap. 23. Donatum in Terentii Eunuchio isthac laudate actu v. scena & hæc format su vitæ ex illis fuisse rivalis, ac utique iudat in ambiguo. poterit enim intelligi, rivalis Cœlii in Clodiam.
 3. Qui hoc jurati dicere audent.) Lambinus audebunt, & sic exemplar S. Victoris Græc.
 4. Quæ facillimè fingi.) Sic Pall. non fec. tert. Gulielm. conjicit conficta. quòd non video cur præferri debeat vulgato, sed deceptus fuerat

vulgato offringi.
 5. Est enim reus qui hujus dictus est adjutor fuisse & conficius P. Ascitius.) Ita fere Pal. nonus, & ceteri, nisi quod plerique eorum, est enim reus, item & conficius. sed neque consentiant in nomine hominis habere enim, Ascitius, Ascitius, Ascitius, Ascitius.
 6. Qui negat, absolutus sit.) Sic Pal. omnes; item olim tunc posteriores enim qui non negat.
 7. Ad animos vestros, &c. accideret.) Sic Abalæ liber, sic Gruteri, sic S. Vict. vulgata sine ad exhibebat, animis vestris, &c. accideret. quòd ultimam tamen respuebant Pal. fec. tert. nonus in quibus ad animos vestros, &c. accideret.
 8. Etat

peris germanorum Lap-
 velle aut est illud, &
 quidem non modo nomi-
 quis commoverat. Sed
 quis dicit ne ciat, tim-
 nelli, quæ me magis mo-
 non oburgato sunt longa
 non habant quam arri-
 tis. non P. Clodii
 relementis, neque ju-
 metisimis verbis, voce
 eloquentiam, tamen non
 cuius cum videram fructu
 respondebo primum
 rem, qui nullum esse
 fuerint, qui hanc vidi-
 hoc erant, & audiri,
 gultus genus hoc
 tingit, sed qui non
 tiliat, emendat, ali-
 dicitur, receptis, gra-
 dicitur. Dicit enim con-
 nati, & ipsi natura pro-
 quæ si ita componit, ut
 comm erentur faciles
 tu mihi ridere ex con-
 innotuit Cælio velle
 nium, quod est oratio
 sum (quod uno reo
 bamus. Facile est ac-
 cedi, qui dicit in es-
 mere de corruptelis
 tibus immensa orati-
 tia proponas, res ta-
 san potest, sed velle
 reor, quos aculeos
 cum eos aculeos
 tempora, remittere in
 comine, sed multum
 tum videri, inque
 fere non alicui, & est
 alicuius, remittere
 fugia non uto atque
 ten reo in liquet, &
 aliena, perulante, &
 magnum, ne huc
 rum vira movent,
 qui criminibus
 rantur, diligenti-
 tem duo criminum
 eadem peccata
 nonem quæ sita, &
 alii, non criminum
 quam pax, & quæ
 con-victum est, non
 tum horum criminum
 lise, remete ad præ-
 Horum doctum crimi-
 video certum nonem
 Clodia, hanc ipse
 video ipsum quodam

agrestis germanorum Lupercorum: quorum coitio illa si-
vetris autē est instituta, quā humanitas, atque leges.
si quidem non modō nomina deferunt inter se sodales, sed
etiam commemorant sodalitatē in accusando, ut ne, si
quis id fortē nesciat, timere videatur. Sed hac omittam:
ad illa, quae me magis moverunt, refero. Delicia-
rum oburgatio fuit longa, & ea lenior: plusque disputa-
tionis habuit, quā atrocitatis: quo etiam audita est atten-
tias. nam P. Clodius, amicus meus, cum se gravissimē,
vehementissimēque jactaret, & omnia inflammatus ageret
tristissimis verbis, voce maxima: tamen si probabam ejus
eloquentiam, tamen non pertimescebam. aliquot enim in
caulis cum videram frustra litigantem, tibi autem, Balbe,
respondeo primum precario, si licet, si fas est defendi a
me eum, qui nullum convivium renuerit, qui unguenta
sumferit, qui Bajae viderit. Equidem multos & vidi in
hac civitate, & audivi, non modō qui primoribus labris
gustassent genus hoc vitæ, & extemio, ut dicitur, digno,
attingissent, sed qui totam adolescentiam voluptatibus de-
dissent, emeruisse aliquando, & se ad frugem bonam, ut
dicitur, recepisse, gravesque homines, atque illustres
fuisse. Datur enim concessu omnium huic aliquis ludus
natus, & ipsa natura profundi adolescentiæ cupiditates:
quæ si ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius
domum evertant: faciles, & tolerabiles haberi solent. Sed
tu mihi videbare ex communi infamia juvenutis aliquam
invidiam Cœlio velle conflare. Itaque omne illud silen-
tium, quod est orationi tributum tuæ, fuit ob eam cau-
sam; quod uno reo proposito de multorum vitis cogita-
bamus. Facile est accusare luxuriam, dies jam me de-
ficiet, si, quæ dici in eam sententiam possunt, coner expo-
nere: de corruptelis, de adulteriis, de protervitate, de sum-
ptibus, immentia oratio est. ut tibi reum neminem, sed vi-
tia proponas, res tamen ipsa & copiose, & graviter accu-
sari potest. sed vestra sapientia est, iudices, non abduci ab
re: nec, quos aculeos habeat severitas, gravitasque vestra,
cum eos accusator erexerit in rem, in vitia, in mores, in
tempora, emittere in hominem, & in reum: cum is non suo
crimine, sed multorum vitio sit in quoddam odium inju-
stum vocatus. Itaque severitati tuæ, ut oportet, ita respon-
dere non audeo: 1. erat enim meum deprecari vacationem
adolescentiæ, veniamque petere: non, inquam, audeo: per-
fugis non utor atatis: concessa omnibus jura dimitto: tan-
tum peto, ut, si qua est invidia communis hoc tempore æris
alieni, petulantia, libidinum juvenutis, quam video esse
magnam, ne huic aliena peccata, ne atatis, ac tempo-
rum vitia nocent. Atque ego idem, qui hæc postulo,
quin criminibus, 2. quæ in hunc nondum proprie confe-
runtur, diligentissimē respondeam, non recuso. Sunt au-
tem duo crimina, auri, & veneni: in quibus una, atque
3. eadem persona vestatur. *Autem* suntum à Clodia: ve-
nenum quæ situm, quod Clodia daretur, dicitur omnia sunt
alia, non crimina, sed maledicta jurgii petulantis magis
quā publicæ quaestionis. Adulter, impudicus, sequeller,
convivium est, non accusatio. nullum est enim fundamen-
tum horum criminum, nulla sedes. voces sunt contume-
liosæ, temerè ab irato accusatore, nullo auctore, emissæ.
Horum duorum criminum video fontem, video auctorem,
video certum nomen, & caput. Aucto fuit: sumsit à
Clodia, sumis sine teste, habuit quādiu voluit maximum
video signum cujusdam egregiæ familiaritatis, necare ean-

dem voluit, quæsit venenum, sollicitavit quos potuit:
paravit locum constituit; attulit. magnum rursus odium
video cum crudeissimo dilicio exultasse. Res est omnis
in hac causa nobis, iudices, cum Clodia, muliere non so-
lum nobili, sed etiam nota: de qua ego nihil dicam, nisi
depellendi criminis causa. Sed inrelligis pro tua præstanti
prudencia, Cn. Domiti, cum hac sola rem esse nobis: quæ
si se aurum Cœlio commodasse non dicit, si venenum ab
hoc tibi paratum esse non arguit: petulantè facimus, si ma-
trem familias, secus, quā in matrimonium sanctitas postulat,
nominamus, sin, ista muliere remota, nec crimen ullum,
nec opes ad oppugnandum Cœlium illis relinquuntur,
quid est aliud, quod nos patroni facere debeamus, nisi ut
eos, qui insectantur, repellamus: quod quidem facerem ve-
hementius, nisi intercederent mihi inimicitia cum istius
mulieris viro: fratrem volui dicere: sen per hic erro, nunc
agam modicè, nec longius progrediar, quā me mea fides,
& causa ipsa coget. neque enim muliebrem umquam inimi-
citas mihi gerendas putavi, præsertim, cum ea, quā om-
nes semper amicam omnium potius, quā cujusquam
inimicam putaverunt. Sed tamen ex ipsa quarā prius, ut-
trum me secum severè, & graviter, & prisce agere malit, an
remisè, ac leniter & urbanè si illo aultero more, ac modo:
aliquis mihi ab inferis excitandus est, ex barbatis illis, non
hac barbula, qua ista delectatur: sed illa horrida, quā in
statuis antiquis, & in imaginibus videmus: qui oburget
mulierem, & pro me loquatur, ne ista mihi fortē succenseat.
Es istat igitur ex hac ipsa familia aliquis: ac potissimum
Cæcus ille minimum enim dolorem capiet, qui istam non
videbit, qui profectò si existerit, sic ager, & sic loquetur:
MULIER, quid tibi cum Cœlio? quid cum homine adole-
scentulo? quid cum alieno? cur aut tam familiaris huic
fuisi, ut aurum commodares: aut tam inimica, ut venenum
timeres? non patrem tuum videras? non patrum, 4. non
avum, proavum, atavum audieras consules fuisse? non de-
nique modò te Q. Metelli matrimonium tenuisse sciebas,
clarissimi, ac fortissimi viri, patria que amantissimi? qui
simulac pedem limine extulerat, omnis propè civis vir-
tute, gloria, dignitate superabat? qui cum ex amplissimo
genere in familiam clarissimam nupissis, cur tibi Cœlius
tam conjunctus fuit? cognatus? a finis viri tui familiaris?
nihil horum. quid igitur fuit, nisi quædam temeritas, ac
libido? nonne te si nostræ imagines vitales non commove-
bant, ne progenies quidem mea, Q. illa Claudia, anu-
lam domesticæ laudis in gloria muliebri esse adinonebat?
non virgo illa Vestalis Claudia, quæ patrem complicita
tr umphantem ab inimico tribuno pleb. de curru detrahi
passa non est? cur te fraterna vitia potius, quā bona pa-
terna, & avita, & usque à nobis cum in viris, tum etiam
in feminis repetita, moverunt? ideone ego pacem Pyrrhi
diremi, ut tu amorum turpissimorum quotidie fœdera se-
rites? ideò aquam reduxi, ut ea tu incestè atterere? ideò
viam munivi, 5. ut eam tu alienis vitis comitata celebrares?
Sed quid ego, iudices, ita gravem personam induxi, ut ve-
reor, ne se idem Appius repente convertat, & Cœlium in-
cipiat accusare illa sua gravitate censoria? Sed videro hoc
posterius, atque ita, iudices, ut vel severissimis discepta-
tionibus M. Cœli vitam me probaturum esse confidam. Tu
verò mulier (jam enim ipse tecum nulla persona introdu-
cta loquitur) ea, quæ facis, quæ dicis, quæ in simulacris, & quæ
in forem, quā moliris, quæ arguis, probare cogitas, ra-

1. Erat enim meum deprecari vacationem adolescentiæ, veniamque petere.) Nescio quid sentire debeam de lecte que Pal. sec. tert. Græc. & edd. vet. etiam mem. de præcipitacione adolescentiæ, ut in præter. certe tibi vultum mihi moverent, nisi inventis verbis litterisque totidem in nono, offendissent i-
bidem utriusque præter.
2. Quæ in hunc nondum proprie conferuntur.) Vox nondum jam primum accedit auctori, ex Pal. sec. et sic est respondent nonus & Gembl. in quibus non dicitur mem. tert. in q. o. mundi.
3. Eadem persona vestatur.) Reduxi lectionem omnium veterum libro-

rum editorum, ac eorum exaratorum. nisi quod reflectit in nonnullis ar-
gumentis unde natum est ut dicitur in q. cur. vulgatas vestatur.
4. Non dicitur præcipitacione, ut dicitur in præter.) Pal. nonus, mem. dicitur, non a-
vum audieras, neque aliter sec. tert. Græc. nisi quod omittant negat iam.
5. Ut eam alienis vitis comitata celebrares.) Pal. nonus atque f. r. r. r. r.
6. Quæ in forem tuam moliris.) Supplevi clausulam istam ex veteri-
bus ed. & Pal. sec. 5. Viet. & Græc. on. lovant enim posteriores, in scri-
tam inane. 1. Ead. q.

tionem tantæ familiaritatis, tantæ consuetudinis, tantæ conjunctionis reddas, atque exponas necesse est. Accusatores quidem libidines, amores, adulterii, & Bajas, & castas, convivia, comissiones, cantus, symphonias, navigia jactant: iidemque significant, nihil se, *te in vita*, dicere. quæ tu, quoniam mente nescio qua effrenata, atque præcipiti in forum deferri, iudiciumque, voluisti: aut diluas oportet, & falsa esse doceas, aut nihil neque crimini tuo, neque testimonio credendum esse fateare. Sin autem urbanus me agere mavis: sic agam tecum. removebo illum senem durum, ac panem agrestem: 2. ex his igitur tuis sumam aliquem, ac potissimum minimum fratrem, qui est in isto genere urbanissimus, qui te amat plurimum: qui propter nescio quam, credo, *similitudinem*, & nocturnos quosdam inaneis metus, tecum semper pugio cum majore sorore cubitavit. cum putato tecum loqui: Quid tumultuaris soror? quid insanis? quid clamore exorta, verbis, parvam rem, magnam facis? vicinum adolescentulum adpexisti: candidor hujus te, & proceritas vultus, oculique perpulerunt: sæpius videre voluisti: nonnumquam in iisdem hortis visa nobilis mulier: illum filium familiam *patre parco*, ac tenaci, habere tuis copiis devinctum non potes: calcitrat, respuit, non putat tua dona esse tanti, confer te aliud habes hortos ad Tiberim: ac diligenter eo loco præparasti, quò omnis juvenus natandi causa venit. hinc licet conditiones quotidie legas. cur huic, qui respertit, molesta es? Redeo nunc ad te, Coeli, vicissim, ac mihi auctoritatem patriam, severitatemque suscipio: sed dubito, quem patrem potissimum sumam. Cæcilianumne aliquem, vehementem, atque durum? „ *Nunc enim demum mihi animus ardet, nunc meum cor cumulat ira*: Aut illum, -- *O infelix, o sceleris*. -- *Ferrei sunt isti patres*. -- „ *Egone quid dicam? egone quid velim? qua tu omnia tuis sædulo factu, factu, ut nequidquam velim*. Vix ferenda diceret talis pater. *C V K T A* in istam vicinitatem meretricam contulisti? cur illecebris cognitis non resugisti? cur alienam ullam mulierem nosti? 3. dide ac dislice, per me licebit, si egebis, tibi dolebit: mihi lat est, qui, atatis quod reliquum est, oblectam meæ. 4. Huic tristi, ac decipito seni responderet Cælius, se nulla cupiditate inductum de via decessisse. Quid signi? nulli sumtus, nulla jactura, nulla versura. At fuit fama. Quotus quisque istam effugere potest in tam maledica civitate? Vicinum ejus mulieris miraris male audisse, cujus frater germanus sermones iniquorum effugere non potuit? Leni verò, & clementi patri, cujusmodi ille est: -- „ *Fores effregit* restituentur: *discedit vestem? resarcietur*, Coeli causa est expeditissima. Quid enim esset, in quo se non facile defenderet? nihil jam in istam mulierem dico: sed, si esset aliqua dissimilis istius, quæ se omnibus pervulgaret, quæ haberet palam *decretum* semper aliquem, cujus in hortos, domum, Bajas, jure suo libidines omnium commearant: quæ etiam aleret adolescentis, & parsimoniam patrum suis sumtibus sustentaret: si vidu. Libere, proteiva petulanter, dives effuse, libidinosa meretricio more viveret; *adulterum* ego putarem, si quis hanc paulò liberius salutasset? Diceret aliquis. Hæc igitur est tua disciplina? sic tu instituis adolescentis?

ob hanc causam tibi hunc puerum parens commendavit, & tradidit, ut in amore, & voluptatibus adolescentiam suam collocaret: & hanc vitam atque hæc studia defenderet? Ego, si qui, iudices, hoc robore animi, atque hac indole, virtutis ac continentie fuit, ut respuerit omnes voluptates, omnemque vitam suam cursum in labore corporis, atque in animi contentione conficeret: quem non quies, non remissio, non æqualium studia, non ludi, non convivia delectarent: nihil in vita expectandum putaret, nisi quod esset *eum laude*, & *eum dignitate* conjunctum: hunc mea sententia divinis quibusdam bonis instructum, atque ornam puto. Ex hoc genere illos fuisse arbitror, Camillos, Fabricios, Curios, omnesque eos, qui hæc, ex minimis tanta fecerunt. Verum hæc genera virtutum non solum in moribus nostris, sed vix jam in libris reperitur. chartæ quoque, quæ illam pristinam severitatem continebant, obsoleverunt, neque solum apud nos, qui hanc sectam, rationemque vitæ *re magis, quam verbis*, secuti sumus, sed etiam apud Græcos, doctissimos homines: quibus, cum facere non possent loqui tamen & scribere honeste, & magnifice licebat. Alia quadam, mutatis Græciæ temporibus, præcepta exstiterunt. Itaque alii voluptatis causa omnia sapientia sacra dixerunt: neque ab hac orationis turpitudine eruditi homines refugerunt. alii cum voluptate dignitatem conjungendam putaverunt, ut res maxime inter se repugnantes dicendi facultate conjungerent. illud unum directum iter ad laudem cum labore qui probaverunt, propè jam soli in scholis sunt relicti. multa enim nobis blandimenta natura ipsa genuit, 6. quibus sopita virtus *convivere*: & interdum multas vias adolescentiæ lubricas ostendit, quibus illa insisteret, aut ingredi sine casu aliquo, aut prolatione vix posset, & multarum rerum jucundissimarum varietatem dedit, quæ non modò hæc ætas, sed etiam jam corroborata caperetur. Quamobrem si quem fortè inveneritis, qui aspicietur oculis pulchritudinem rerum, non odore ullo, non tactu, non sapore capiatur. excludat auribus omnem *luriditatem*: huic homini ego fortasse, & pauci, *deus propitius*, plerumque autem iratos putabunt. Ergo hæc deserta via, & inculta, atque interclusa jam frondibus, & virgultis, relinquatur: detur aliquid atatis: sit adolescentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non semper inperet vera illa & directa ratio: vincat aliquando cupiditas, voluptasque rationem, dummodò illa in hoc genere præscripto, moderatioque teneatur: *PARCAT JUVENTUS pudicitiam suam*, ne spoliat alienam, ne effundat patrimonium, ne scenore trucidetur, ne incurat in alterius domum, atque famam: ne probrum castis, labem integris, infamiam bonis inferat: ne quem vi terreat, ne interfuit insidiis: scelerate careat: postremò, cum paruerit voluptatibus, dederit aliquid temporis ad ludum atatis, atque ad inaneis hæc adolescentiæ cupiditates: *retocet se* aliquando ad curam rei domesticæ, rei forensis, republicæ: ut ea, quæ ratione antea non perspexerat, *facilitate* abiecit. *experiendo* contentissime videatur. Ac multi & nostra, & patrum, majorumque memoria, iudices, summi homines, & clarissimi cives fuerunt, quorum cum adolescentiæ cupiditates deservissent,

1. Bajas, *castas, convivia*) Restitui ex S. Victoris, neque abibant Pall. quàm quod si Bajas, *castas, convivia*, male vulgò, *Bajas, castas, convivia*. imò etiam potius objicbant, *Bajas & castas*, & præterea *convivia*, de Bajas factis notum vel ex Epistolis Senecæ, de acta & actis, diximus, aut dixerat alii in Verrinis.
2. *Ex his igitur tuis*) Hæc est lectio edd. ver. librorumque omnium m. f. c. e. r. t. S. V. c. t. recepta tamen præterea *hæc tuæ tuæ*.
3. *Dide ac dislice*, &c.) Est à conjectora Lambini ac Puteani, sed facis firmata à libris nostris Pal. enim *pr. dedit ac dislice*, hoc non *di. dea ad dislice*, neque aliter ceteri, nisi quod longius abeant à vero, etiam in editione prima remanet, *videtur ac dislice*. sequiores, *dedit ac dislice*.
4. *Huic tristi ac decipito seni*) Sic Pall. nonus, sic S. V. c. t. & libri Lambini, placet quædam modum Gulielmi in piz vulgato *decipito*; sed is tamen *disipitum* sumit pro veteri *disipitum*que Pedonem in Meccenatis ob-

ti: *Viscera divitiis macerata aristas agni*, &c. ubi male ait Scaliger *disipiti*.
5. *Decretum semper aliquem*) Ita meliores Pall. nisi quod fec. ac. t. e. r. *decretum*, quod etiam habet quo se tueatur. Guliel. conjiciebat *decretum* hoc idem cum *discrete*.
6. *Quibus sopita virtus convivere*) Male editiones Lambinianæ, *convivere*, videtur tamen scribendum *convivere*, quia inde *convivere*.
7. *Sine casu aliquo aut prolatione*) Haad potui omittere lectionem istam reperam in Pal. sec. tert. nono, item in Erf. & Gembl. vulgata præsupponit quod parum sane dilatat *casu*.
8. *Ne quem vi terreat*) Sic Gembl. S. V. c. t. & Pall. omnes præter nonum in quo, *ne quem terreat*, nam Grut. *interreat*. & verò nostra lectio existat etiam in editione Veneta anni *M. D. C. C. C. LXXXIIII*. posteriores, *ne quem terreat*, quod nimium est profectò, miroque non improbarum Lambino.

sent, eximia virtutes, firmata iam etate, exsisterunt. ex quibus nehinem mihi necesse est nominare: vosmet vobiscum recordamini. nolo enim cujusquam fortis, atque illustri viri minimum quidem erratum cum maxima laude conjungere. quod si facere vellem, multi a me sumi, atque ornatissimi viri predicarentur: quorum partim nimia libertas in adolescentia, partim profusa luxuriositas, magnitudo eris alieni, et sumtus, libidines, nominarentur: quae multis postea virtutibus obiecta, adolescentiae, qui vellet, excusatione defenderet. At vero in M. Coelio (dicam enim jam confidentius de studiis ejus honestis, quoniam audeo quaedam, fretus vestra sapientia, libere confiteri) nulla luxuriositas reperitur, nulli sumtus, nullum as alienum, nulla conviviatorum, ac lustrorum libido. quod quidem vitium ventris & gutturis, non modo non minuit aetas hominibus, sed etiam auget. Amores autem & haec deliciae quae vocantur, quae firmiore animo praeditis diutius molestae non solent esse (mature enim, & celeriter desistunt) namquam hunc occupatum, impeditumque tenuerunt. Audistis, cum pro sedicere, audistis antea, cum accusaret (defendendi haec causa, non gloriandi loquor) genus orationis, facultatem, copiam sententiarum, atque verborum, quae vestra prudentia est, perpexistis. Atque in eo non solum ingenium elucere ejus videbatur. quod saepe etiam si industria non alitur, valet tamen ipsum suis viribus: sed inerat, nisi me propter benevolentiam forte falleret, ratio & bonis artibus instituta, & cura & vigiliis elaborata. Atque scitote, judices, eas cupiditates, quae obijciuntur Coelio, atque haec studia, de quibus disputo, non facile in eodem homine esse posse. **FIAT ENIM** non potest, ut animus libidini deditus, amore desiderio, cupiditate, saepe nimia copia, inopia etiam nonnumquam impeditus, hoc quidquid est, quod nos facimus in dicendo, non modo agendo, verum etiam cogitando possit sustinere. An vos aliam causam esse ullam putatis, cur in tantis praemiis eloquentiae, tanta voluptate dicendi, tanta laude, tanta gratia, tanto honore, tam sint pauci semperque fuerint, qui in hoc labore versentur? obiterenda sunt omnes voluptates, relinquenda studia delectationis, ludus, iocus, convivium, sermo est patris familiarium deserendus. quae res in hoc genere homines a labore, studioque dicendi deterret; non quo aut ingenia deficiant, aut doctrina puerilis. An hic, si se isti vix dedisset, consularum hominem admodum adolescens in iudicium vocavisset hic, si laborem fugerit, si obstructis voluptatibus teneretur, in hac acie quotidie versaretur? appeteret inimicitias? in iudicium vocaretur subiret periculum capitis? ipso inspectante populo Romano tot menses aut de salute, aut de gloria dimicaret? Nihil igitur illa vicinitas redolet? nihil hominum fama? nihil Bae denique ipsae loquuntur? illae vero non loquuntur solum, verum etiam personans, huc unius mulieris libidinem esse prolapsam, ut ea non modo sollicitudinem, ac tenebras, atque haec flagitiorum tegumenta non querat, sed in turpissimis rebus frequentissima

celebritate, & clarissima luce latetur. Verum si quis est, qui etiam meretricis amoribus interdillum juvenuti putet: est ille, quidem valde severus: negare non possum: sed abhorret non modo ab hujus saeculi licentia, verum etiam a majorum consuetudine, atque concessis. quando enim hoc factum non est? quando reprehensum? quando non permissum? quando denique fuit, ut, quod licet, non liceret? Hic ego jam rem definiam: mulierem nullam nominabo: tantum in medio relinquam. Si quae non nupta mulier domum suam patefecerit omnium cupiditati, palamque sese in meretricia vita collocarit, virorum alienissimorum conviviis uti instituerit: si hoc in urbe, si in hortis, si in Bajarum illa celebritate faciet: si denique ita sese geret, non incessu solum, sed ornatu atque comitatu; non flagrantia oculorum, non libertate sermonis; sed etiam complexu, osculatione, aquis, navigatione, conviviis, ut non solum meretrix, sed etiam procax videatur: cum hac si quis adolescens forte fuerit, utrum hic tibi, L. Herenni, adulter, an amator: expugnare pudicitiam, an explete libidinem voluisse videatur? Obliviscor jam injurias, Clodia: depono memoriam doloris mei: quae abs te crudeliter in meos, me absente, facta sunt, negligo. ne sint hac in te dicta, quae dixi, sed ex te ipsa requiro, quoniam & crimen accusatores abs te, & testem ejus criminis, a me ipsam dicunt se habere: si qua mulier sit hujusmodi, qualem ego paulo ante descripsi, tui dissimilis, vita, institutaque meretricio; cum hac aliquid adolescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe, aut perflagitiosum esse videatur? Ea si tu non es, sicut ego malo; quid est, quod obijciant Coelio? sin eam te volunt esse: quid est, cur nos crimen hoc, si tu contempnis, pertimescamus? Quare nobis da viam, rationemque defensionis. nam aut pudor tuus defendet, nihil a M. Coelio petulantius esse factum: aut impudentia, & huic, & ceteris magnam ad se defendendum facultatem dabit. Sed quoniam emeruisse jam e vadis, & scopulos praetervecta videtur oratio mea, perfacilis mihi reliquus cursus ostenditur. Duo sunt enim crimina una in muliere summorum facinorum: auri, quod sumtum a Clodia dicitur: & veneni, quod ejusdem Clodiae necandae causa parasse Coelium criminantur. Aurum sumis, ut dicitis, quod L. Lucecii servis daret, per quos Alexandrinus Dio, qui tum apud Lucecium habitabat, necaretur. magnum crimen vel in legatis insidiandis, vel in servis auri tum sumeret, an non dixerit, si non dixit, cur dedit? si dixit, eodem se conscientia scelere devinxit. tunc aurum ex armario tuo ptomere ausa es? tunc Venerem illam tuam spoliatricem spoliare ornamentis? Ceterum cum scires, quantum ad facinus aurum hoc quereretur, et ad necem legati, ad L. Lucecii, sanctissimi hominis, atque integerrimi, labem sceleris sempiterni: huic facinori tanto tua mens liberalis,

Nn con.

1. Sumtus, libidines nominantur.) Habent & nostrum plerique Lambinianum illud sumtus libidines; sed nihil ideo mutos quod arbitror eos scripturam veterem sequi.
2. Vitium ventris & gutturis.) Si obsequendum est melioribus membranis Pal. pr. sec. quart. non. Gembl. S. Viç. revocandum arguitur.
3. Ratio & bonis artibus instituta.) Malui istud cum omnibus Pall. quam vulgatum eatis; quod tamen ne in veritate quidem casit.
4. Nisi modo agendo.) Gembl. & Pall. nostri omnes, item Grut. quaeque modo agendo.
5. Obiterenda sunt omnes voluptates.) Est a plerisque missuorum vix unus habebat illud amittendo. in Pal. erat conseruenda, quae bonum, prius tamen nostrum firmabat Est. Gembl. S. Viç.
6. Studia delectationis judicari ludus, sermo convivium, sermo est patris familiarium.) Nihil abii a Pal. nono, quem stabilibat codex Turiagiens. publi-

cabatur prius studia delectationis, ludus, iocus, convivium, sermo etiam per omnium familiarium. plane contra miss. Pall. qui nec esse am habent nec omnium, non magis quam Nonius in locus: ubi tamen fallitur Lambinus dum negat eidem abesse item peccat; ideoque editione sua exclusit.
7. Non solum meretrix, sed etiam procax videatur.) Si sequendi sunt melioris vocis miss. Pal. sec. tert. quart. nonus; rescribendum meretrix procaque videatur, omnis intermediis, quae nec in Gruteriano. Pal. pr. nihilominus habet, non solum meretrix, sed etiam procaque procaque.
8. Aurum cum sumeret.) Pal. quart. non. Gembl. S. Viç. aurum cum sumeret, quint. atque oct. adhuc aurum abijciunt.
9. Ceterum cum scires quantum ad facinus, etc.) Rectum pntae Gulielm. quod alias legitur in S. Viç. ceterum cum scires.
10. Ad necem legati.) Ejus vocem scilicet, quae in publicatis, suisque plerorumque Pall. & S. Viç. & Gruteriano codicis.

conficia; tua domus popularis, ministra; et tua denique hospitalis illa Venus, adiutrix esse non debuit. Vidit hoc Balbus: celatam esse Clodium dixit: atque ita Coelium ad illam artulisse se ad ornatum ludorum aurum quaerere. Si tam familiaris erat Clodius, quam tu esse vis, cum de libidine ejus tam multa dicis: dixit profectio, quod vellet aurum. si tam familiaris non erat: non dedit. Ita si verum tibi Coelius dixit, o immoderata mulier, sciens tu aurum ad facinus dedisti: si non est ausus dicere: non dedisti. Quid ego nunc argumentis huic crimini, quae sunt innumerabilia, resistam? possum dicere, mores M. Coelii longissime à tanti sceleris atrocitate esse disjunctos: minime esse credendum, homini tam ingenioso, tamque prudenti non venisse in mentem, rem tanti sceleris, ignotis, alienisque servis non esse credendam, possum etiam illa & ceterorum patronorum, & mea consuetudine, ab accusatore perquirere, ubi sit congressus cum servis Luceii Coelii: qui ei fuerit aditus, si per se, qua temeritate? si per alium, per quem? Possum omnem latebras suspitionum peragrarè dicendo, non causa, non locus, non facultas, non conscius, non perficiendi, non occultandi malefici spes, non ratio ulla, non vestigium maximi facinoris reperietur. Sed haec, quae sunt oratoris propria: quae mihi non propter ingenium meum, sed propter hanc exercitationem, usumque dicendi tractum aliquem ferre potuissent, cum à me ipso laborata profert viderentur, brevitatis causa relinquo omnia. habeo enim, iudices, quem vos socium vestrae religionis, iurisque jurandi facile esse patiamini, L. Lucejum, sanctissimum hominem, & gravissimum testem: qui tantum facinus, in famam atque fortunas suas neque non audisset illatum à Coelio, neque neglexisset, neque tulisset. An ille vir, illa humanitate praeditus, illis studiis, artibus, atque doctrina, illius ipsius periculum, quem propter haec ipsa studia diligebat, negligere potuisset? & quod facinus in alienum hominem illatum severe acciperet, id omisit curare in hospite? quod per ignotos actum cum comperisset, doleret, id à suis tentantem esse negligeret? quod in agris, locisque publicis factum reprehenderet, id in urbe, ac sua domi ceptum esse, leviter ferret? quod in alicujus agris periculo non praetermitteret, id homo eruditus in insidiis doctissimi hominis dissimulandum putaret? Sed cur diutius vos, iudices, teneo? ipsius jurati religionem, auctoritatemque percipite, atque omnis diligenter testimonii verba cognoscite. Recita testimonium Luceii. TESTIMONIUM LUCEII. Quid expectatis amplius? an aliquam vocem putatis ipsam pro se causam, & veritatem posse mittere? haec est innocentiae defensio, haec ipsius causa oratio: haec una vox veritatis. In crimine ipso nulla suspicio est, & in renihilo est argumenti: in negotio quod actum esse dicitur, nullum vestigium sermonis, loci, temporis: nemo testis, nemo conscius nominatur: totum crimen profertur ex inimica, ex infami, ex crudeli, ex facinorosa, ex libidinosa domo: domus autem illa, quae tentata scelere isto nefario dicitur, plena est integritatis, officii, religionis: ex qua domo recitatur vobis iurejurando devincta auctoritas: ut res minime dubitanda, in contentione ponatur, utrum temeraria, procax, irata mulier finxisset crimen, an gravis, sapiens, moderatusque vir religiosè testimonium dixisse videatur. Reliquum est, igitur crimen de veneno: cuius ego neque principium invenire, neque evolvere exitum possum. Quae fuit enim causa, quam obrem isti mulieri venenum vellet dare Coelus? ne aurum redderet? num petivisset? ne crimen haberet? num quis obicit? num

quis denique fecisset mentionem, si hic nemini nomen detulisset? Quin etiam Herennium dicere audistis, verbo se molestum non futurum fuisse Coelio, nisi nerum eadem de re suo familiari absoluto nomen hic detulisset. Credibile est igitur, tantum facinus nullam ob causam esse commissum? & vos non videtis fingi sceleris maximi crimen, ut alterius causa sceleris suscipiendi fuisse videatur? cui denique commisit? quo adjuvatore usus est? quo socio? quo conficio? cui tantum facinus, cui se, cui salutem suam credidit? servisne mulieris? sic enim objectum est. Et erat tam demens hic, cui vos ingenium certe tribuistis, etiam si cetera, inimica oratione detrahitis, ut omnes suas fortunas alienis servis committeret? At quibus servis? refert enim magnopere id ipsum: hisne, quos intelligebat non communi conditione servitutis uti, sed licentius, liberius, familiarius cum domina vivere? quis enim hoc non videt, iudices? aut quis hoc ignorat, in eius modi domo, in qua mater familias mercenario more vivat: in qua nihil geratur, quod foras profertur sit; in qua laistra, libidines, luxuries, omnia denique inaudita vitta, atque flagitia versentur: hic servos, non esse servos? quibus omnia committantur: per quos gerantur? qui servantur in eadem in voluptatibus? quibus occulta credantur? ad quos aliquantum etiam quotidianis sumptibus, ac luxuria redundet? Id igitur Coelius non videbat? si enim tam familiaris erat mulieris, quam vos vultis: istos quoque, servos familiares esse dominae sciebat, sin ei tanta conuerudo, quanta à vobis inducitur, non erat: quae cum servis potuit familiaritas esse tanta? Ipsus autem veneni quae ratio fingitur? ubi quatuor est? quemadmodum paratum? quo pacto? cui, quo in loco traditum? Habuisse ajunt domi, vimque ejus esse expertum in servo quodam, ad rem ipsam parato; cuius perceleris interitu esse ab hoc comprobatum venenum. Pro dii immortales! cur interdum in hominum sceleribus maximis, aut convivitis, aut praesentis fraudis poenas in aeternum reservatis? Vidi enim, vidi: & illum hausi dolorem vel acerbissimum in vita, cum Q. Metellus abstraheretur è sinu, gremioque patris, cumque ille vir, qui se natum huic imperio putavit, tertio die post, quam in curia, in Rostris, in republ. florisset, integerrima aetate, optimo habitu, maximis viribus, eriperetur indignissime bonis omnibus, atque univrsa civitati, quo quidem tempore ille moriens, cum jam ceteris ex patribus oppressa mens esset, extremum sensum ad memoriam republ. referebat: cum me intuens flentem significabat interruptis, atque morientibus vocibus, quanta impenderet procella urbi, quanta tempestas civitati: & cum patientem saepe feriens eum, qui cum Q. Catulo fuerat ei communis, crebro Catulum, saepe me, saepissime tempus nominabat: ut non tam te emori, quam ipsi patri suo praesidio cum patriam, tum etiam me doleret. Quem quidem virum, si nulla vis repenti sceleris sustulisset, quoniam modo ille furenti fratri tuo patrueli consularis recitasset, qui consul incipientem furere, atque consentem, sua se manu interfecit, aurum audiente fenatu, dixerit? Ex hac igitur domo progressa ista mulier, de veneni celeritate dicere audebit? nonne ipsam domum metuet, & ne quam vocem eliciat? non parietes conscios, non noctem illam sanctam, ac lucetiolam perhorrescet? Sed revertat ad crimen, etenim haec facta illius clarissima, ac fortissimi viri mentio, & vocem meam sicuti debilitavit, & mentem dolore impedivit. Sed tam venenum unde fuerit, quemadmodum paratum, non dicitur. Datum esse hoc ajunt P. Licinio, pudenti à dolose, & bono, Coelii familiari: constitutum factum esse

1. Tua denique hospitalis illa Venus. Janus Palmerius emendabat applicatam in Spicilio Noctes minus recte, vel Gulielmo iudice: allatum enim ad amorem receptionem, ut & Verrina quarta.

2. Vidit hoc Balbus: celatam esse Clodium dixit. Abjici duo vocabula.

facinus: tantum primum quod non compareret, in veteribus eod. no. que agnoscerent Pall. pettores, S. Vid. Grut.
3. Ne quam vocem eliciat, c. 7. Murens lib. II. Var. lect. c. 17. conjicit: sciet, admodum probabiliter ita quoque Gifanios in Agerre.

esse cum servis, ut venirent: et ad balneas Senias, eodem Licinium esse venturum, atque his veneni pyxidem traditum. Hic primum illud requiro: quid attinuerit illud et ferri in eam locum constitutum: cur illi servi non ad Coelium domum venerint, si manebat tanta illa consuetudo Coelii cum Clodia, tantaque familiaritas: quid suspitionis esset, si apud Coelium mulieris servus visus esset? sin autem jam suberat simulas, extincta erat consuetudo, delictum existiterat: hinc illa laetitia nimirum, & haec causa est horum omnium scelerum, atque criminum. Immo, inquit, cum servi ad dominam remissam, & maleficium Coelii detulissent, mulier ingeniosa praecepit suis, ut omnia Coelio pollicerentur: sed, ut venenum, cum a Licinio traderetur, manifestum comprehendere possent, constitui locum iustitiae, balneas Senias, ut eo mitteret amicos, qui delitescerent: deinde repente, cum venisset Licinius, ut venenum traderet, profugerent, hominemque comprehenderent. Quae quidem omnia, iudices, perfacilem rationem habent reprehendendi. Cur enim balneas publicas potissimum constituerat? in quibus non invenio quae latroa rogatis hominibus esse possit. Nam, si essent in vestibulo balnearum: non latebant, sin se in intimum conscire vellet: nec satis commodè caleant, & vestiti id facere possent, & fortasse non reciperent: nisi forte mulier potens, & quadrantaria illa permutazione familiaris facta erat balnearum. Atque equidem vehementer expectabam, quinam isti viri boni, testes huius manifesti deprehensi veneni dicerentur, nulli enim sunt adhuc nominati. sed non dubito, quin sint pergraves, qui primum sint talis foeminae familiares: deinde eam provinciam susceperint, ut in balneas contraderentur: quod illa, nisi à viris honestissimis, ac plenissimis dignitatis, quam velit, sit potens, numquam imperravisset: Sed quid ego de dignitate istorum testium loquor? virtutem eorum, diligentiamque cognoscite: in balneis delituerunt: testes egregios. deinde temere profugerunt: 4 homines gravitati deditos, sic enim fingunt, cum Licinius venisset, pyxidem teneret in manu, conaretur tradere, nondum tradidisset, tunc repente evolasse istos praclaros testes sine nomine: Licinium autem, cum jam manum ad tradendum pyxidem porrexisset, retraxisset, atque illo repentino hominum impetu se in fugam concessisset. O MAGNA VIS VARIATIONIS, quae contra hominum ingenia, calliditatem, solertiam, contraque fictas omnium insidias, facile per septem defendat! Verum haec tota fabella veteris, & plurimarum fabularum poetarum, quam est sine argumento? quam nullum inveire exitum potest? Quid enim isti tot viri (nam necesse est fuisse non paucos, ut & comprehendere Licinius facile posset, & res 5 multorum oculis esset testator) cur Licinium de manibus amiserunt? qui minus enim Licinius comprehendere potuit, cum se retraxit, ne pyxidem traderet, quam si non retraxisset? erant enim illi potius, ut comprehenderent Licinium: ut manifestum Licinius teneretur, aut cum retineret venenum, aut cum tradidisset. Hoc fuit totum consilium mulieris, haec istorum provincia, qui rogati sunt: quos quidem tu quamobrem temere profuisse dicas, atque ante tempus, non reperio. fuerant hoc rogati: fuerant ad hanc rem collocati, ut venenum, ut insidias, facinus denique ipsum ut manifestum comprehenderetur, potueruntne meliori tempore profugisse, quam cum Licinius venisset? cum in manu teneret ve-

neni pyxidem? quae si cum jam erat tradita servis, evasissent subito ex balneis mulieris amici, Liciniumque comprehenderent: imploraret hominum fidem, atque à se illam pyxidem traditam pernegaret: quem quomodo illi reprehenderent? vidisse se dicerent? primum ad se revocarent maximi facinoris crimen: deinde id se vidisse dicerent, quod, quo loco collocati fuerant, non potuissent videre. Tempore igitur ipso se ostenderunt, cum Licinius venisset, pyxidem expediret, manum porrigeret, venenum traderet. 6 Mimi ergo est jam exitus, non fabula: in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis è manibus: deinde 9 scabilla concrepant, aurum tollitur. Quare enim, cur Licinium titubantem, haesitantem, cedentem, fugere conantem, mulieraria manus ista de manibus emisit: cur non comprehenderint: cur non ipsius confessione, multorum oculis, facinoris denique voce, tanti sceleris crimen expresserint? an timebant, ne tot unum, valentes imbecillum, alacres perterritum superare non possent? Nullum argumentum in re, nulla suspicio in causa, nullus exitus criminis reperitur. Itaque haec causa, ab argumentis à conjectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes rota tradusta est quos quidem ego testes iudices, non modo sine ullo timore, sed etiam cum aliqua spe delectationis expecto. Praegressit animus jam videre, primum lautos juvenes, mulieris beatae, ac nobilis familiaris: deinde fortes viros, ab imperatrice in insidiis, atque in praesidio balnearum locatos, ex quibus requiram, quonam modo laterint, aut ubi alveus ille, an equus Trojanus fuerit, ac texerit. Illud verò respondere cogam, cur tot viri, ac tales, hunc & unum, & tam imbecillum, quam videtis non aut stantem comprehendere, aut fugientem consecuti sint, qui se numquam profecto, si itum in locum processerint, explicabant: quam volent in contraria facere, dicaces, nonnumquam etiam ad vinum disertis sint, alia fori vis est, alia trichinii: alia subelliorum ratio, alia lektorum: non idem iudicum commissarumque conspectus: lux denique longe alia est solis, & lychnorum. Quamobrem excutimus omnes istorum delicias, omnes ineptias, si prodierint, sed, si me audiant, navent aliam operam, aliam ineam gratiam, in aliis rebus ostentent: vigeant apud istam mulierem venustate: dominentur tumtibus: haereant, jaceant, deserviant: capiti verò innocentis, & fortunis parcant. At sunt servi illi de cognatorum tententia nobilissimorum, & clarissimorum hominum, manumissis. Tandem aliquid invenimus, quod ista mulier de suorum propinquorum, fortissimorum virorem, sententia, atque auctoritate fecisse videatur. Sed scire cupio, quid habeat argumenti ista manumissio: in qua aut crimen est Coelio quantum, aut questio sublevata, aut multarum rerum conciliis servis cum causa praemium persolutum. At propinquus placuit, cur non placeret, cum rem tunc ad eos non ab aliis tibi allatam, sed à te ipsa compertam, deferre diceret? Hic etiam miramur, si illam commentitiam pyxidem oblectantissima sit fabula consecuta? Nihil est quod in eiusmodi mulierem non cadere videatur. 9 Audita, & percelebrata sermonibus res est, percipiris animis, iudices, amandum quid velim, vel potius, quid nolim dicere, quod letiam si est factum, certe à Coelio non est factum. Quid enim attinebat? Est enim ab aliquo fortasse adolescente,

N n 2

non

1. Ad balneas Senias. Resertit quod erat in exoleto edd. & Pall. nobis, eiecit illo Xenias, quod & respuebant Gemblae S. Vici Lambinus valde haeret in eis prioribus. Constitutum scilicet esse cum servis ut veniret: ego arbitrabar simplicius, constitutum cum servis ex balneis Senias eiecit in intermedium, an quum à librario aliquo manasset.
2. Ferri ad unum locum. Pall. praesentioris, item Erf. Gembl. & S. Vici. ferri quomodo & Graterianus, editioque prisca.
3. Quadrantaria, &c. Expl. cat. Hadr. Iulius Cent. 1. Adagio 77.
4. Homines gravitati deditos. Lambinus à dicitur, omnes liberos veteres habere in omnes imperatores. Ictus ab eo inspectum codicem solum S. Viciensis. nam Pall. certe nostri omnes & Grut. & verusius colui, nihil

recedunt à vulgato: quae sanis ma est.

5. Mithoram ocula esse resertit. Gulielm. mallet abjecta littera esse.
6. Mimi ergo est jam exitus non fabula. Nihil heic boni profert P. Manutius adeundus Seneca Epistola CXIV.

7. Scabilla concrepant. Videantur Pierri Hieroglyphica: & qui commentati sunt ad Suetonium.

8. Tandem aliquid invenimus, quod &c. fecisse videatur. Debetur haec emendatio Pall. Erf. Gembl. vulgata in hoc, invenimus, quid, &c. fecisse dicitur.

9. Audita & percelebrata, &c. Abjici quoque, & per vulgata, quod ab erat Pall. S. Vici. Geut.

non tam infulse, quàm non verecundo. si autem est factum: non illud quidem modestum, sed tamen est non infectum mendacium, quod profecto nunquam hominum sermo, atque opinio comprobasset, nisi omnia, quæ cum turpitudine aliqua dicerentur, in istam quadrare aptè viderentur. Dicta est à me causa, iudices, & perorata. Jam intelligitis, quantum iudicium sustineatis, quanta res sit commissa vobis. De vi queritis, quæ lex ad imperium, ad maiestatem, ad statum patriæ, ad salutem omnium pertinet: quam legem Q. Carulus armata disensione civium, reipublicæ panè extremis temporibus tulit: quæ quæ lex, sedata illa flamma consulatus mei, fumantis reliquias conjuratiōis extinxit. Hac enim lege Cœlius adolescentia non ad reipublicæ poenas, sed ad mulieris libidinis, & delicias deposcitur. Atque hoc etiam loco M. Camurii, & C. Eserni damnatio prædicatur. O stultitiæ dicam, an impudentiam singularem: aude sine, cum ab ea muliere venientis facere istorum hominum mentionem? aude sine excitare tanti flagitii memoriam, non extinctam illam quidem, sed repressam vetustate? Quo enim illi crimine, peccatoque perierunt? nempe quod ejusdem mulieris dolorem, & injuriam Vettiano nefario sunt stupro persecuti. Ergo, ut audiretur Vetti nomen in causa, ut illa verus s. Afrania fabula reficere, idcirco Camurii, & Eserni causa estrenovata? qui quamquam lege, de vi certè non tenebantur, eo maleficio tamen erant implicati, ut ex nullius legis laqueis emittendi viderentur. M. verò Cœlius cur in hoc iudicium vocatur? cui neque proprium quæstionis crimen obijcitur, nec verò aliquid ejusmodi, quod sit à lege junctum, & cum vestra severitate conjunctum, cujus prima ætas dedita disciplinæ fuit, iisque artibus, quibus instruitur ad hunc usum forensem, ad capeendam rempublicam, ad honorem, gloriam, dignitatem. iis autem fuit amicitias majorum natu, quorum imitari industriam, continentiamque maximè velit: iis aequalium studium, ut eundem, quem optimi, ac nobilissimi, petere cursum laudis videretur. Cum autem paulum jam roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompejo proconsuli contubernalis, castissimo viro, atque omnis officii diligentissimo: in qua provincia cum reserant, & possessiones paternæ, tum etiam usus quidam provincialis, non sine causa à majoribus huic ætati tributus, discessit illinc Pompeji iudicio probatissimus, ut ipsius testimonio cognoscitis, voluit veteri instituto, eorum adolescentium exempli, qui post in civitate summi viri, & clarissimi cives existerunt, industriam suam à populo Romano ex aliqua illustri accusatione cognosci. Vellem aliò potius eum cupiditas gloriæ detulisset, sed abiit hujus tempus querelæ. Accusavit C. Antonium, collegam meum: cui misero præclari in rempublicam beneficii memoria nihil profuit, nocuit opinio malefici cogitati, postea nemini concessit aequalium, plus ut in foro, plus ut in negotiis versaretur, causis, que amicorum, plus ut valeret inter suos gratia, quæ nisi vigilantibus homines, nisi sobrii, nisi induitri, consequi non possunt, omnia labore, & diligentia est consecutus. In hoc flexu quæsi ætatis (nihil enim occultabo, fretus humanitate, ac sapientia vestra) fama adolescentis paulum hæsit ad metas notitia nova mulieris, & infelici vicinitate, & insolentia voluptatum, quæ cum inclusæ diutius, & prima ætate compressæ, & coarctatæ fuerunt, subito se nonnumquam profundunt, atque eiciant universæ: quæ ex vita, vel dicam, quo ex sermone (nequaquam enim, tantum erat,

quantum homines loquebantur) verum ex eo, quidquid erat, emerit, totumque se fecit, atque exulit: tantumque abest ab illius familiaritatis infamia, ut ejusdem nunc ab se inimicitias, odiumque propulset. Atque ut iste interpositus sermo deliciarum, desidiæque moreretur, scit me mehercule invito, & multum repugnante, sed tamen fecit) nomen amici mei de ambitu detulit: quem absolutum insequitur, revocat: nemini nostrum obtemperat: est violentior, quam vellem. Sed ego non loquor de sapientia, quæ non cadit in hanc ætatem: de impetu animi loquor, de cupiditate vincendi, de ardore mentis ad gloriam: quæ studia in his jam ætatibus nostris contractiora esse debent: in adolescentia verò, tanquam in herbis, significant, quæ virtutis maturitas, & quæ fruges industriæ sint futuræ. Etenim semper M. ANNO INGENIO adolescentes refrenandi potius à gloria, quam incitandi fuerunt: amputanda plura sunt illi ætati, siquidem efflorescit ingenii laudibus, quàm inferenda. Quare, si cui nimium effervisse videtur hujus vel in suscipiendis, vel in gerendis inimicitias, ferocitas, pertinacia: si quem etiam minimorum hominum aliquid offendit, si purpura genus, si amicorum caterva, si splendor, si nitor: jam ista deservert: jam ætas omnia, jam ista dies mitigari. Conservate igitur rempublicæ, iudices, civem bonarum artium, bonarum partium, bonorum virorum. Proniito hoc vobis, & rempublicæ spondeo, si modò nos ipsi rempublicæ satisfecimus, numquam hunc à nostris rationibus sejunctum fore. quod cum fretus nostra familiaritate promitto, tum quod durissimis se ipse legibus jam obligari, neque enim potest, qui hominem consularem, quod ab eo rempublicam violatam diceret, in iudicium vocari, ipse esse in republica civis turbulentus: non potest, qui ambitu ne absolutum quidem patitur esse absolutum, ipse impunè umquam esse largior. Habet à M. Cœlio rempublica, iudices, duas accusationes, vel obides periculi, vel pigra voluntas. Quare oro, obtestorque vos, iudices, ut qua in civitate paucis his diebus Sex. Clodius absolutus sit, quem vos per biennium aut ministrium seditionis, aut ducem vidistis: qui adeis sacras, qui census populi Rom. qui memoriam publicam suis inanibus incendit, hominem sine re, sine fide, sine spe, sine sede, sine fortunis: ore, lingua, manu, vita omni inquinatum: qui Catuli monumentum affixit, meam domum diridit, mei fratris incendit: qui in Palatio atque in urbis oculis servitia ad eam dem, & in flammam urbem incitavit: in ea civitate ne patiamini illum absolutum muliebri gratia, M. Cœlium, libidini muliebri condonatum: ne eadem mulier cum suo conjugè, & fratre, turpissimum latronem eripuisse, & honestissimum adolescentem oppressisse videatur. Quod cum hujus vobis adolescentiam propuleritis, constituto vobis ante oculos etiam hujus miseri senectutem, qui hoc unice sileo nititur, in hujus spe requiescit, hujus unius casum pertimescit: quem vos supplicem vestra misericordiæ, servum potestatis, abjectum non tam ad pedes, quàm ad mores, sensusque vestros, vel recordatione parentum vestrorum, vel liberorum iucunditate sustentate: ut in alterius dolore, vel pietati, vel indulgentiæ vestræ serviat. Nolite, iudices, aut hunc jam natura ipsa occidentem, velle maturius evlangui vulnere vestro, quàm suo fato, aut hunc nunc primum florentem, firmata jam stirpe virtutis, tanquam turbine aliquo, aut subita tempestate pervertere. Conservate parenti filium, parentem filio: ne aut senectutem jam propè desperatam

1. Non illud quidem modestum est. Ita libri mss. præstantiores, non modicum, quod in hæcenus vulgatum.
2. Armata disensione civium. S. V. Et aliis disensione.
3. C. Eserni. Hoc maluit, P. Manutius, & Pantagathus, vulgata enim, Eserni.
4. O stultitiæ ne dicam, an impudentiam. Concinnius istud est, quàm vulgatum retro: O stultitiæ, O stultitiæ dicam, &c. neque reperitur in edd.

exoletis, nedum m. s. melioribus.
5. Afrania fabula reficitur. M. s. nostri, Afrania fabula reficitur, neque aliter etiam Ed. Gembl. S. V. qui ultimus alius habet, Afrania fabula reficitur.
6. Quod sit à lege sejunctum, &c. Teodogarius à Quæru conjicit, quod non sit &c. 2. In

contemisse, aut adolescentiam plenam spei maxima non modo non aluisse vos, sed etiam percussisse, atque afflixisse videamini. Quem si vobis, si suis, si reip. conservatis, addi-

sum, deditum obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis; omniumque hujus nervorum, ac laborum vos possitissimam, iudices fructus uberes, diuturnosque capietis.

M. TULLIUS CICERO
DE
PROVINCIIS CONSULARIBUS.
ORATIO TRICESIMA QUINTA.

SYNOPSIS.

¶ Suadet Cicero, ex Senatusconsulto, quod factum esset anno urbis 667. provincias Consulares, Syriam & Macedoniam, futuris Consulibus decerni: Galliam Caesari non adiri, atque Asia Pisoni Macedonia detracta, quam Cledius tribunus plebi ei decreverat.

SI quis vestrum, P. C. expectat, quas sim provincias decreturus, consideret ipse secum, qui mihi homines i ex provinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit, quid me sentire conveniat, cum, quid mihi sentire necesse sit, cogitant. Ac, si princeps eam sententiam dicerem iaudaretis profecto. si solus, certe ignoscetis, etiam si paulo minus utilis vobis sententia videretur: veniam tamen aliquam dolori meo tribueretis. Nunquid P. C. non parva afficior voluptate, vel quod hoc maxime reip. conducit, Syriam, Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil a communi utilitate dissentiat: vel quod habeo auctorem P. Servilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, & cum in universam remp. tum etiam erga meam salutem, fide, ac benevolentia singulari. Quod si ille & paulo ante, & quotiescumque ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium, & Pisonem, duo reip. portenta, ac pane suvera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, & impotunam in me crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitate esse notandum putavit: quoniam me animo in eos esse oportet, cuius illi salutem pro pigrore tradiderunt: ad expandas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo, nec iracundia serviam: quo animo unusquisque, vestrum debet esse in illos, hoc erit: precipuum illud, & proprium sensum doloris mei, quem tamen vos commanem semper vobis mecum esse duxistis, a sententia dicenda amovebo: ad ulciscendi tempora reservabo. Quatuor sunt provinciae, P. C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dicendas: Galliam duas, quas hoc tempore uno imperio vobis demus esse conjunctas: & Syriam, & Macedonia: quas vobis in vitiis, & oppressis, pestiferi illi consules pro everse reip. promissis occupaverunt. Decernenda nobis sunt lege Semproniam duas, quid est, quod posuimus de Syria, Macedoniaque dubitare? Mitto, quod eas ita partas habent ii, qui nunc obtinent, ut non ante attigerint, quam hanc ordinem condemnarint: quam fides publicam, quam perpetuam populi Rom. salutem, quam me, ac meos omnes foedissime, crudelissimeque vexarint. Omnia domestica illa, atque urbana mitto; quae tanta sunt, ut nunquam Hannibal huius urbi tantum mali optarit, quantum illi effecerint. Ad ipsas venio provincias, quarum Macedonia, quae erat antea iuncta plurimorum imperatorum non turribus, sed tropaeis,

quae multis victoriis erat jam diu, triumphisque pacata, sic à Barbaris, quibus est, propter avaritiam, pax erepta, vexatur, ut Thesalonicenses, positi in gremio imperii nostri, relinquere oppidum, & arcem munire cogantur: ut vis illa nostra, quae per Macedoniam est usque, ad Hellepontum militaris, non solum excursionibus Barbarorum sit infesta, sed etiam castris Thracis distincta, ac notata. Ita gentes ea, quae, ut pace uterentur, vim argenti cederant praclaro nostro imperatori: exhaustas domos replete possent, pro omni pace bellum nobis prope justum insulerunt. Jam verò exercitus ille noster superboissimo defectu, & durissima conquestione collectus, omnis interiit. Magno hoc dico cum dolore, miserandum in modum milites populi Rom. capti, necati, deserti, dissipati sunt, incuria fame, morbo, vastitate consumiti: quod est indignissimum scelus imperatoris, in poenam exercitus expetitur esse videatur. Atque hanc Macedoniam, domitis iam gentibus finitimis, Barbarisque compressa, pacata ipsam per se, & quietam, tenui praesidio, atque exigua manu, etiam sine imperio, per legatos nomine ipso populi Romani tuebatur: quae nunc consulari imperio, atque exercitu ita vexata est, & vix ut se possit diuturna pace recreare: cum interea, quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat, Achaos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis? veltigal, ac portorium Dyrrhachinorum totum in hujus unius questum esse conversum? urbem Byzantium nobis, atque huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quo ille, posteaquam nihil exprimere ab egentibus, nihil ulla vi à miseris extorqueri potuit, cohorteis in hyberna militibus praeposuit, quos putavit fore diligentissimos satellites scelerum, ministros cupiditatum suarum. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges, senatusque consilia: caedis relinquo, libidines praeterea: quarum acerbissimum existat indicium, & ad ingentem memoriam turpitudinis, & pane ad justum imperii nostri odium, quod constat, nobilissimas virgines se in puteos abjecisse, & morte voluntaria nefariam turpitudinem depulisse. Nec haec idcirco omitto, quod non gravissima sint: sed quia nunc sine teste dico. Ipsi vero urbem Byzantium, fuisse refertissimam, atque ornatissimam signis, quis ignorat? quae illi exhausti sumtibus, bellisque maxime, cum Mithridaticis impetu, totumque Pontum armatum, effervescentem in Asiam, atque erumpentem, agere repulsum, & cervicibus interclusum suis, susti-

NERENT;

1. Ex provinciis potissimum detrahendi sint. Lambinus publicavit errata hendi sunt; sed praeter libros profecto, & incepto. sic iterum loquitur infra capite 8.
2. Ad expandas suas cupiditates. Coactus sum obedire omnibus antiquis cultis, & septem Palli in quibus isthuc scriptum, nisi quod octavus haberet expeditas. Super scriptum vero a glossatore pergamula, recitatus culti obtulere nobis, ad expandas quod neque ex parte in Est. aut S. Vici. fidei facit nota Gualtheri.
3. Arcem manere coguntur. Pal. nonus & Turing. coguntur.
4. Quod est indignissimum scelus imperatoris, in poenam exercitus expetitur esse videatur. Hæc est lectio S. Vici. rec. ab it. Pal. non. Est. Gen. bl. quam quod n. expetitur esse, unde Gul. elm. consuebat, expetitur, recitetur.

nisi amamus sumere alterum active 3. quod non insolens auctoribus, prius vulgatur, indignissimum scelus, ut imperator in poenam exercitus, expetitur esse videatur, sensu facis frigido, ne quid amplius dicam, at nostrum vult: exercitum in hunc peccata imperatoris sui.
5. Vix ut se possit diuturna pace recreare. Pal. nonus atque Est. vix ut possit diuturna pace recreari, atque bene.
6. Nefariam turpitudinem depulisse. Videtur reducentium quod existat in Pall. omnibus, & verus est, nisi fuerit libris repetantur, in quibus hæret alterum.
7. Erumpentem, agere repulsum, etc. Pal. quart. quoniam nonus, uti repulsum. Gemblacensis utrumque admittit, sic ut erumpentem agere ut repulsum.
1. CVir.